20. Intellegi necesse est, in ipsis rebus, quae discuntur et cognoscuntur, invitamenta inesse, quibus ad discendum cognoscendumque moveamur (Cic. Fin. 5, 19, 52).

B

1. Ludus animo debet aliquando dari, ad cogitandum melior ut redeat (Phaedr. 3, 14, 12).
2. Caesar, nactus idoneam ad navigandum tempestatem, solvit equitesque in ulteriorem portum progrēdi et naves conscendere et se sequi iussit (Caes. B. G. 4, 23, I).
3. Legatus est vir bonus, perēgre missus ad mentiendum rei publicae causa (K. 3066).
4. Homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum, nullo modo perfectus, sed est quaedam particulā perfecti (Cic. N. D. 2, 14, 37).
5. Caesar oppidum expugnavit et ad diripiendum militibus concessit (Caes. B. C. 3, 80, 7).



C

1. Cupīdo dominandi cunctis affectibus flagrantior est (Tac. A.nn. 15,53).
2. Quis ignōrat, maximam illecēbram esse peccandi impunitatis spem? (Cic. Mil. 16, 43).
3. Scientiā rei bellicae dimicandi nutrit audaciam (Veget. I, I).
4. Non sunt preces, ubi negandi libertas non est (Quint. Decl. 281 =p. 158 Lemaire).
5. Omnis hic (=in Hipponensi colonia) aetas piscandi, navigandl atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium lususque sollicitat (Plin. Ep. 9, 33, 2).
6. Is, qui nullius non uxorem concupiscit et satis justam causam putat amandi, quod aliena est, idem, uxorem suam aspīci, non vult (Sen. Ira 2, 28).
7. Onus probandi (Digesta 31, 22).
8. In rebus tam sevēris non est jocandi locus (Cic. Div. 2, 10, 25).
9. Acerrimus ex omnibus nostris sensibus est sensus videndi (Cic. De or. 2, 87, 357).
10. Serum est cavendi tempus in mediis malis (Sen. Thy. 487).
11. Est dolendi modus, non est timendi (Plin. Ep. 8, 17, 6).
12. Lacrimae nobis deērun ante, quam causae dolendi (Sen. Polyb. 4, 2).
13. Elucētissimum est edocendi genus exemplorum subditio (Varro Sent. 46).
14. Non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars est etiam docendi (Cic. Leg. 2, 19, 47).

15. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam (Sen. Ep. 105, 8).
16. Est ita naturā comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat, quam carendi metus (Plin. Ep. 5, 19, 6).
17. Cavendi nullā est dimittenda occasio (Syr. 99).
18. Modus vivendi.
19. Nemo silens piaciul, multi - brevitate loquendi (Ausan. Epist. 25, 44).
20. Liber captīvus avis ferae consimilis est: semel fugiendi si data est occasio, satis est, - nunquam postilla (=postea) possis .prendere (Pl. Capt. 1, 2, 7=116). .
21. Juppiter nullo magis hominem separavit a ceteris animalibus, quam dicendi facultate (Quin!. 2, 16, 12).
22. A Jove et a ceteris dis immortalibus nobis agendi capiēda primordia (Cic. Leg. 2, 3, 7).
23. Vivendi est finis optimus, quum, intēgrā mente certisque sensibus, opus ipsā suum eādem, quae coagmentavit, naturā dissolvit (Cic. Sen. 20, 72).
24. Diliguntur immodice solā, quae non licent: non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet (Quint. Decl. 14,8=p. 324 Lemaire).
25. Ut medicinā valetudinis, sic vivendi ars est prudentiā (Cic. Fin. 5, 6, 16).
26. Omnis cupīdo acquirendi ex opinione inopiae vēnit (Apul. Met. = Ht. 16).
27. Usus dicendi in omni pacata et libera civitate dominatur (Cic. De or. 2, 8, 33). .
28. Nequaquam mihi dives est, quamvis multā possideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi (Rutil. Lup. 2, .15=p. 19 Halm).



29. Mihi semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi placuit (Cic. Tusc. 2, 3, 9).
30. Libertas est potestas faciendi id, quod jure licet (K. 1414).
31. Scribendi recte sapere est et principium et fons (Hor. A. P. 309).
32. Studium discendi voluntate, quae cogi non potest, constat (Quint. I, 3, 8).
33. Optima vivendi ratio est eligenda; eam jucundam consuetudo reddet (Ad Herenn. 4, 17, :24).
34. Eloquentiam esse, ait Cicerone, non inānem loquendi profluentiam, sed sapientiam copiose loquentem. Quod si est, qui nihil praeter verborum flosculos tradunt, minimam partem eloquentiae tradunt (Mureti Or. 3 =vol. 2, p. 30).
35. Quid me scribendi tam vastum mittis in aequor? Non sunt apta meae grandia velā rati (Prop. 4, 8,3).
- 36 Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una (Anth. 716, 3).

D

1. Verum est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam (Cels. 1, Prooem. =p. 8, 24).
2. Mors est terribilis iis, quorum cum vita omnia exstinguuntur, - non iis, quorum laus emori non potest; exilium autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, - non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. (Cic.Parad.2, 3,18).
3. Nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas - incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix (Amm. Marc. 30, 8, I).
4. Fulgere pudor verumque fidesque
In quorum subire locum fraudesque dolique
Insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi (Ov. Met. I, 129).

5. Mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi (Sall. Hist. 4, 61, 4).
6. Anno Urbis conditae septingentesimo vicesimo secundo mos Romae repetitus (est) uni parendi, pro rege "impratori" vel sanctiore nomine «augusto appellato (Aur. Vict. Epit. I, 1).
7. Recte ac vere videtur Ovidius dixisse, emendandi laborem majorem esse, quam scribendi (Mureti Ep. 65=p. 97).
8. Erat in M. Catone aviditas legendi, nec satiari poterat, quippe qui, ne reprehensionem quidem vulgi inānem reformidans, in ipsa curia soleret legere saepe, dum senatus cogeretur (Cic. Fin. 3, 2, 7).
9. Injuriam qui facturus est, jam fecit. Sic latro est, etiam antequam manus inquinet, quia ad occidendum jam armatus est et habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur et aperitur, opere nequitia, non incipit (Sen. Ira J, 3).
10. Beate vivendi cupiditate incensi omnes sumus (Cic. Fin. 5, 29,86).
11. Non is solum debet gratus esse, qui accepit beneficium. verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit (Cic. Prov. 17, 41).
12. Stoicus Diogenes et Academicus Carneades hanc amplissimam omnium artium, - bene vivendi disciplinam, vitam magis, quam litteris, persecuti sunt (Cic. Tusc. 4, 3, 5).
13. Di tibi divitias dederunt artemque fruendi (Hor. I, 4, 7).
14. Eloquendi vis efficit, ut ea, quae scimus, alios docere possimus (Cic. N. D. 2, 59, 148).
15. Legendi semper occasio est, audiendi non semper; praeterea multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox afficit (PHn. Ep. 2,3,9).
16. Causa fuit huc veniendi, ut quosdam hinc libros promerem (Cic. Fin. 3, 2, 8).



E

1. Tradīto sibi puero, dicendi peritus ingenium ejus imprīmis naturamque perspiciet. Ingenii signum in parvis praecipuum memoriā est (Quint. 1.3,1).
2. Viri docti non solum vivi atque ptaesentes studiōsos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequitur (Cic. Off. I, 44, 156).
3. Athēnas erudiendi gratiā missus (est) (Justin. 11, 3, 11).
4. Optimus est orator, qui dicendo animos audientium et docet et delectat et permōvet (Cic. Opt. 1, 3).
5. Desine fata deum flecti sperare precando. (V. Aen. 6, 376).
6. Bonum magis carendo, quam fruendo, sentitur (R. 40).
7. Nil tam difficile est, quin quaerendo investigari possit (Ter. Heaut. 675).
8. Castigat ridendo mores (K. 256).
9. Scribendo dicimus diligentius, dicendo scribimus facilius (Quint. 10, 7, 29).
10. Ihi cursu, luctando, hastā, disco, satiendo sese exercebant (Plant. Bacch. 428).
11. Multi patrimonia effuderunt inconsulte largiendo (Cic.Off. **2, 15, 54**).
12. Socrates percontando atque interrogando elicēre solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat (Cic. Fin. 2, 1, 2).
13. Saepe ignoscendo das injuriae locum (Syr.640).
14. Cursando atque ambulando totum hunc contrīvi diem (Ter. Hec. 815).
15. Crebro ignoscendo facies de stulto imprōbum (Syr. 141).
16. Tu modo si quid agi sperabis posse precando,

Quos colis, exōra supplīce voce deos (Ov. Pont. 4, 8, 21).

17. Gutta cavat lapidem non vi, sed saepe cadendo (Anonymus ex Ov.Pont. 4, 10)
18. Universi generis humani vincūlum est ratio et oratio; quae docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. Neque ullā re longius absūmus a natura ferarum: sunt enim rationis et orationis expertes (Cic. Off. 1,16, 50).
19. Hoc uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensā possumus (Cic. De or. 1, 8, 32).
20. Minimum malum fit contemnendo maximum (Carm. epigraph.)
21. Cito scribendo non fit, ut bene scribatu; bene scribendo fit, ut cito (Quint. 10, 3, 10).
22. Litteris omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam discendo, cognovi (Cic. Fam. 1, 7, 10).
23. Quid quisque possit, nisi temptando, nesciet (Syri append. 300).
24. Nimium altercando veritas amittitur (Syr.453).
25. Extemplo Libyae magnas it Famā per urbes,
Famā, malum quā non aliud velocius ullum:
Mobilitate viget viresque acquirit eundo (V. Aen. 4, 173).
26. Ut parentium saevitiā, sic patriae patiando ac ferendo lenienda est (Liv. - 27, 34, 14).
27. Regiā crudelitas auget inimicorum numerum tollendo: parentes enim liberique eorum, qui interfecti sunt, et propinqui et amici in locum singulorum succēdunt (Sen. Clem. 1, 8,7).

F

1. Nemo timendo ad summum pervēnit locum (Syr. 463).
2. Stultitiā est sedendo, aut votis debellari credere posse. Arma capias, oportet, et descendas in aequum et vir cum viro congrediari. Audendo



atque agendo res Romană crevit, non his segnibus consiliis, quae timidi caută vocant (Liv. 22, 14, 14).

3. Usus et experientia dominantur in artibus, neque est ullă disciplină, in qua non peccando discatur (Colum. 1, 1 = p. 176 Nisard).

4. Aut consolando aut consilio aut re juvero (Cic. fam. 7, 10, 4).

5. Deliberando saepe perit occasio (Syr. 160).

6. Adhibenda est in jocando moderatio (Cic. De or. 2, 59, 238).

7. Cernuntur in agendo virtutes (Cic. Partit. 23, 78).

8. In vindicando criminōsă est celeritas (Syr. 285).

9. Prohibenda maxime est iră in puniendo. Nunquam enim irātus qui accēdet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum, quae placet Peripateticis et recte placet (modo ne laudarent iracundiam et dicerent, utiliter a natura datam). Illă (iracundiă) vero omnibus in rebus repudianda est; optandumque, ut ii, qui praesunt rei publicae, legum similes sint, quae ad puniendum non iracundiă, sed aequitate ducuntur (Cic. Off. 1, 25, 89).

10. In adorando dextram ad osculum referimus (Plin. N. H. 28, 2 (5), 25). iudices, non vult (Cic. Pomp. 13, 38).

11. Non tam auctores in disputando, quam rationis momenta quarenda sunt (Cic. N. D. 1, 5, 10).

12. Neque enim potest sevērus esse in iudicando, qui, alios in se sevēros esse moderāte utendi (Sen. Benef. 2, 34, 4).

13. Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo, quae tantă sunt in hoc uno (= in Pompejo,) quantă in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt (Cic. Pomp. 11, 29).

14. Quis est tam in scribendo impiger, quam ego? (Cic. Fam. 2, 1. I).

15. Alexandro Macedōni neque in deliberando consilium, neque in proeliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas (Rutil. Lup. i, 18=p. 11, 6 Halma.)

16. Junonem a juvando, credo, nominatam (Cic. N.D. 2, 26, 66).

17. Eram natură sitiens, cognoscendi res novas, varias regiones, urbes, linguas ac mores hominum (Erasm. 1, 249).

18. Cupiditate inimicos ulciscendi ardebant (Liv. 29, 6, 7).

19. Equidem sum cupidus te audiendi (Cic. De or. 2, 4, 16).

20. Nulla causă justa cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi (Cic. Phil. 2, 22, 53).

21. Parsimoniă est scientiă vitandi sumptūs supervacuos aut ars re familiari

22. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi novum regem (=Alexandrum); plures obviam egressi sunt (Curt. 5, 1, 19).

G

1. Veterem ferendo injuriam invites novam (Syr. 705).

2. Unam tollendo legem ceteras infirmatis (Liv. 34,3(4)).

3. Hoc uno modo sapiens se laudat, quae in ipso appārent bonă in aliis admirando (Varro Sent. 143).

4. Acrior est cupiditas ignōtă cognoscendi, quam notă repetendi.

Hoc in omnibus rebus videmus accidere: ad novă homines concurrunt, ad notă non veniunt (Sen. Contr. Exc. I; 4=p. 257, 9).

5. Mortalibus mos est ex magnis majora cupiendi (Sen. Benef. 3, 3, 2).

6. Non enim faciendo solum, quod decet, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus (Cic. De or. 26, 120).

7. Multă ignoscendo fit potens potentior (Syr. 384).

8. Parva sunt haec; sed parvă ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt (Liv. 6, 41, 8).

9. Temptando cunctă caeci quoque tuto amulant (Syr. 687).

10. Ulciscar perfidos amicos nihil credendo atque omnia cavendo (Cic. Post reditum ad Quir. 9, 21).



Gerumdivum

A

1. Ut ad bella suscipienda Gallorum alācer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est (Caes. B. G. 3, 19, 6).
2. Oculos naturā nobis, ut equo setas, caudam, aures, ad motūs animorum declarandos dedit (Cic. De or. 3, 59, 222).
3. Castra erant ad bellum ducendum aptissima naturā loci et munitione et maris propinquitate et aquae et salis copiā (Caes. B.G. 2, 37, 5).
4. Missi lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis caedunt secūrique feriunt (Liv. 2, 5, 8).
5. Callicrātes ad Diōnem interficiendum socios conquirat, adversarios ejus convēnit (Nep. 10, 8, 3).
6. Cyprus abundat materiā utili ad naves aedificandas (Lambinus ad Hor. Od. 1, 13).
7. Tantā antiquorum hominum traditur fuisse simplicitas, ut venientes ad se advēnas, qui modo, consilio ac sapientia praediti, ad instruendam vitam formandosque mores aliquid conferrent, quod eorum parentes atque originem ig-norabant, caelo et terrā editos non solum ipsi crederent, verum etiam postēris affirmarent (Aur. Vict. Origo gent. Rom. I)
8. Quidam veniunt, ut audiant, non ut discant, sicut in theātrum voluptatis causā, ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabūlis ducimur (Sen. Ep. 108,6).
9. Nunquamne legisti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine, gloriāque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse statimque, ut viderat, abisse? (Plin. Ep. 2, 3, 8).
10. Cortice subēris utebantur Romani. ut nos etiamnum, ad vasa claudenda: illorum enim orificio immittebant, dein pice obturabant, (Forcellini in v. cortex).
11. Musicen naturā ipsā videtur ad tolerandos facilius labores, velut munēri, nobis dedisse, si quidem et remigem cantus hortatur, nec solum in iis operibus, in quibus plurium conatus, praeunte aliquā iucundā voce, conspirat, sed etiam singulorum fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur (Quint. 1, 10, 16).
12. Alcibiades ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione (Nep. 7, 9, 4).
13. Eumēnes, solutā epistōlā, nihil in ea repperit, nisi quae ad irridendum eum pertinerent (Nep. 23, 11, 3).

14. Coriolanum quondam damnatio injustā, miserum et indignum exsilium, ut iret ad oppugnandam patriam, impulit (Liv. 28, 29, 1).

15. Pythagōras Aegyptum primo, mox Babyloniam ad perdiscendos siderum motūs originemque mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus est. Inde regressus, Cretam et Lacedaemōna ad cognoscendas Minōis et Lycurgi inclītas ea tempestate leges contenderat (Justin. 20, 4, 3).

16. Adolescens quum sis, tum, quum est sanguis intēger, rei tuae quaerendae convēnit operam dare. Demum igitur, quum sis jam senex, tum in otium te collōces; dum potes a mes: id jam lucrum est, quod vivis (Pl. Merc. 3, 2, 7= 550).

17. Majores nostri omnibus rebus agendis “quod bonum,faustum, felix fortunatumque esset” praefabantur (Cic. Div. 1, 45, 102).

18. Et appetendi et refugiendi et omnīno rerum. gerendarum initia proficiscuntur aut a voluptate aut a dolore (Cic. Fin. 1,12,42).

19. Homines infimā fortunā, nullā spe rerum gerendarum, delectantur historiā (Cic. Fin. 5, 1,9, 52).

20. Pacis inter cives conciliandae te cupīdum esse, laetor (Cic. Fam. 10, 27, 1).

B

1. Demosthēnes Platōnis studiōsus audiendi fuit (Cic. De or. 1,20, 89).

2. Scipio adhortandorum militum causā talem orationem est exorsus (Liv. 21, 39, 10).

3. Apud Germanos latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cujusque civitatis fiunt, atque eā juventutis exercendae ac desidia minvendae causā fieri praedicant (Caes. B. G. 6, 23, 6).

4. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt (Cic. Caecin. 2,6).

5. Gratae mihi tuae litterae fuerunt, ex quibus intellexi, te summa cupiditate affectum esse videndi mei (Cic. Fam. 5, 21, I).

6. Ambiōrix in Nervios pervēnit hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos occasionem dimittant (Caes. B. . G. 5, 38, 2)

7. Quintum Scaevōlam augūrem, memoriā teneo, bello Marsīco, quum esset summā senectute et perditā valetudine, cotidie facere omnibus conveniendi potestatem sui (Cic. Phil. 8, 10, 31).

8. Ego nullum locum praetermitto laudandi tui (Cic. Fam. 12, 24, 1).



9. Solebant magnā ex parte Romani illi veteres totum fere diem in rebus agendis ponere; sub vespērum autem, aut certe post meridiem corpora curare, vinoque et epūlis operam dare (Lambinus ad Hor. Od. 1, 1, 20).
10. Non accipiendis, sed praestandis beneficiis amicos nobis conciliamus (Burnouf ad Sall. p. 17).
11. Vetus atque usitatā res - in oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati (Liv. 26, 13, 9).
12. Non alienum est dignitate tuā (quod ipsi Agamemnōni, regum regi, fuit honestum) habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem (Cic. Fam. 9, 14, 2).
13. Socrātes dicebatur adjuvare Euripīdem in tragoediis scribendis (G. Hermann ad Aristoph. Nub; p. XXX IV).
14. Omnis auctoritas philosophiae consistit in beata vita comparanda; beate enim vivendi cupiditate incensi omnes sumus (Cic. Fin. 5, 29, 86).
15. Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt? (Cic. N. D. 2, 51, 129).
16. Eam diligentiam adhibeamus in amicitiiis comparandis, ut ne quando amare incipiamus eum, quem aliquando odisse possimus (Cic. Lael. 16, 60).
17. Quid nostri philosophi? Nonne in his libris ipsis, quos scribunt de contemnenda glori, sua nomina inscribunt? (Cic. Tusc. 1, 15, 34).
18. In deligendo cibo et potu valetudinis potius, quam voluptatis, ratio habenda est (Ernesti Initia doctr. sol. p. 446).
19. Atōmus est corpusculum minūtum et individuum, quo in explicanda origine mundi utebatur Democritus et post eum Epicūrus (Ernesti, Clav. Cic. v. atomus).
20. Quid tam difficile, quam in plurimorum controversiis dijudicandis ab omnibus diligi? (Cic. Or. 10, 34).
21. Non oportet, esse cuiquam ne in ulciscenda quidem injuria hominis occidendi potestatem (Cic. Verr. 1, 28, 72).
22. Nunquam in praestantibus in republica gubernanda viris laudata est in una sententia permansio. Non idem semper dicere, sed idem spectare debemus (Cic. Fam. 1, 9, 21).
23. Errastis vehementer et tu et nonnulli collegae tui, qui sperastis, vos posse in evertenda republica populares existimari (Cic. Agr. 1, 7, 23).
24. Querebatur jam suā aetate Theognis, non spectari in uxore quaerenda genus et parentum virtutem, sed pecuniam (Lambinus ad Hor. Od. 3, 24, 21).
25. Plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiōsa est (Cic. Phil. 6, 3, 7).

26. Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda (Cic. Phil. 10, 10, 20).
27. Quum multis in rebus neglegentiā plectimur, tum, maxime in amicis et deligendis et colendis (Cic. Lael. 22, 85).
28. Pythagōras, Democritus, Anaxagōras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt (Cic. De or. 3, 15, 6).
29. Magis est secundum naturam pro omnibus gentibus conservandis aut juvandis maximos labores molestiasque suscipere, quam vivere in solitudine non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus (Cic. Off. 3, 5, 25).



СПИСОК РЕКОМЕНДУЕМОЙ ЛИТЕРАТУРЫ

1. Бабичев Н.Т. Словарь латинских крылатых слов: 2500 единиц/Н.Т.Бабичев, Я.М. Боровский. – М.: ТЕРРА, 1997. – 960 с.
2. Белов А.М. *Ars grammatica*. / А.М. Белов. – М.: Греко-латинский кабинет Ю.А. Шичалина, 2004. – 392 с.
3. Гордиенко Т.В. Упражнения по латинскому языку. Метод. указания для студентов 1 курса направления 0305 «Филология» / Т.В. Гордиенко. – Севастополь: Изд-во СевНТУ, 2003. – 60 с.
4. Гордиенко Т.В. Методические указания к практическим занятиям по дисциплине «Латинский язык» /Т.В. Гордиенко. – Севастополь: Изд-во СевНТУ, 2001. – 32 с.
5. Дуров В.С. Основы стилистики латинского языка: Учеб. пособие для студ. филол. фак. высш. учеб. заведений. – СПб.: Филологический факультет СПбГУ/ В.С. Дуров. – М.: Издательский центр «Академия», 2004. – 112 с.
6. Жулай С.Т. Латинский язык для студентов- юристов/ С.Т.Жулай, Е.Т.Куварова. – К.: МАУП, 2000.- 262 с.
7. Звонська Л.Л. Латинська мова/ Л.Л.Звонська, В.М.Шовковий. – К.: Видавництво «Книга», 2003. – 527с.
8. Кацман Н.Л. Латинский язык/ Н.Л.Кацман, З.А.Покровская. – М.: «Гуманитарный издательский центр ВЛАДОС», 1996. – 431с.
9. Козаржевский А.Ч. Учебное пособие по латинскому языку для юридических факультетов университетов/ А.Ч.Козаржевский. – М.: Изд-во МГУ, 1991. – 68с.
10. Латинский язык. Учебник для педагогических институтов по специальности «иностранный язык»./ Под ред. В.Н.Ярхо. – М.: Высшая школа, 1998, – 284 с.
11. Малинаускене Н.К. Введение в историю латинского языка (классический период)/ Н.К. Малинаускене - М.: Греко-латинский кабинет Ю.А. Шичалина, 2006. – 271 с.
12. Мирошенкова В.И. Учебник латинского языка/ В.И. Мирошенкова, Н.А. Фёдоров. – М.: Простор, 1994, – 284 с.
13. Нисенбаум М.Е. Латинский язык. *Via Latina ad ius*. /М.Е.Нисенбаум. – М.: «Проспект», 2000. – 595 с.
14. Подосинов А.В. *Lingua Latina*. Введение в латинский язык и античную культуру: Учеб. пособие для гимназий, лицеев и школ с гуманитар. профилем. – Ч. 1-3. / А.В.Подосинов, Н.И.Щавелева. – М.: «Прогресс», 1994. – 156 с.
15. Подосинов А.В. *Lingua Latina*. Введение в латинский язык и античную культуру. Грамматика латинского языка. – Ч.5.

- / А.В.Подосинов. – М.: «Флинта», «Наука», 1998. – 144с.
16. Scorina L.P. *Lingua Latina iuridicialis*/ L.P.Scorina, L.P.Churacova.- К.: «Вища шк.», 1995. – 255 с.
17. Соболевский С.И. Грамматика латинского языка. Ч.1 (теоретическая). Морфология и синтаксис/ С.И.Соболевский. – М.: Лист Нью, 2003. – 432 с.
18. Соболевский С.И. Грамматика латинского языка. Ч. 2 (практическая). Синтаксис/ С.И. Соболевский. – М.: Лист Нью, 2003. – 592 с.
19. Таривердиева М.А. От латинской грамматики к латинским текстам (Латинское предложение: форма и смысл) /М.А. Таривердиева. – М.: Гуманит. Изд. Центр ВЛАДОС, 1997. – 176с.
20. Хрестоматия по латинскому языку: Для студ. филол. и ист. фак. высш. учеб. заведений/Сост. и авт. коммент. О.В. Бударagina, Т.Б.Путилова; Под ред. Н.М. Ботвинник. – СПб.: Филологический факультет СПбГУ; М.: Издательский центр «Академия», 2003. – 128 с.
21. *Orbis Romanus pictus*. Римский мир в картинках. Начальная латинская хрестоматия для гимназий и лицеев/Сост. А.Адольф, С.Любомудров. – М.: Греко-латинский кабинет Ю.А. Шичалина, 1994. – 144 с.
22. Новый Завет. Евангелие от Матфея на греческом, церковнославянском, латинском и русском языках. М.: «Гнозис», 1993. – 232 с.
23. *Collins Latin dictionary plus grammar*. Harper Collins Publishers, 1997. – 255 p.
24. Латинско-русский словарь. Дворецкий И.Х. 3-е изд. М.: «Русский язык», 1986. – 845 с.
25. Петрученко О. Латинско-русский словарь/ О. Петрученко. М.: Греко-латинский кабинет Ю.А. Шичалина, 1994.- 810 с.

Заказ № _____ от «____» _____ 200___. Тираж _____ экз.
Изд-во СевНТУ

